



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

Genus Deliberatium ad quinque capita referri posse. Cap. V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

brofius, nihil est aliud, nisi quod confert ad vitam eternam. Honestum sic definimus, virtutis decorem, qui cum utilitate ita est coniunctus, vt separari nequeat. Iustitia, est constans perpetuaque voluntas tribuendi unicuique quod suum est: in hoc autem in primis sita est, vt agnoscat, et cali & terra dominus, innocentia remunerator, & scelerum vindex: eiusque praecepta obseruentur. Quae omnia cum ad veram hominis felicitatem referantur; constat, fines, non perinde ac Rhetores, utilitatem ab honestate plerunque seiungentes, putauerunt, esse à nobis Christianis distinguendos.

Genus Deliberatiuum ad quinque capita referri posse. Cap. V.

**C**V M genus Deliberatiuum in bonorum suafione, et malorum dissuafione versetur: ad quae omnis Ecclesiastici oratoris labor, tanquam ad finem dirigitur, in hoc maxime studium & diligentiam ponat; vt à vitijs auocans populum Dei, ad veram pietatem, Christianasque omnes virtutes accendat atque inflammet. Ea verò, quae Ecclesiasticus orator populo suadere solet, ad quinque fortasse capita, facilius doctrinae causa, redigi possunt; ad credenda, ad speranda, ad timenda, ad vitanda, ad agenda: quibus capitibus vniuersa ferè Theologia, & tota Christianè viuendi ratio comprahèditur. Nos qui clericis scribimus, quaedam attingemus, quae ipsis aliquam propositiõnum copiam possint suppeditare, perfectam eorum capitum tractationem omittentes: nè, actum à doctissimis Theologis, agamus; & scopi, quem nobis proposuimus, obliti esse videamur.

De